



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

Ad Reverendissimvm In Christo Patrem Illvstrismum Dominum D.  
Theodorum Dei & Apostolic[a]e sedis gratia Episcopum Padibornensem,  
Sacri Romani Imperij Principem Dominum Clementissimum.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

A D  
REVEREN-  
DISSIMVM IN CHRI-  
STO PATREM ILLVSTRIS-  
mum Dominum D. Theodo-  
rum Dei & Apostolicę sedis gra-  
tia Episcopum Padibornensem,  
Sacri Romani Imperij Princi-  
pem Dominum Clemen-  
tissimum.

LEONARDI ABBATIS IN LI-  
BRVM DE FALSIS PROPHE-  
tis & lupis rapacibus proœ-  
mium.

**N**Ihil est, Reuerendissi-  
me Domine Princeps  
Illustrissime Domine  
& patrono Clemētissime, quod  
Deo, quem ob bonitatem opti-  
A iij      mum

P R A E F A T I O.

mum, propter vim verò maxi-  
mū semper nominauimus, ma-  
gis curè fuit quā hominem ser-  
pentina fallacia in peccatū præ-  
cipitatum, pristinæ rursus inte-  
gritati, postpositis dæmonibus,  
restituere. Hinc nullum fuit se-  
culum quo nō locutus est patri-  
bus nostris in prophetis, teste  
**D. Paulo Hebr. 1. 1.** quoad no-  
uissimè loqueretur nobis in fi-  
lio suo Iesu Christo, quem con-  
stituithæredem vniuersorū, per  
quem fecit & secula. Sic statim  
septimus ab Adam prophetauit  
**Enoch** teste **D. Iuda** in sua epi-  
stola v. 14. vt homines à scelere,  
speculatione diuinorum iudi-  
ciorum deterreret; dicens. *Ec-  
ce venit Dominus, in sanctis millibus suis, fa-  
cere indicium contra omnes, & arguere omnes  
impios, de omnibus operibus impietatis eorum  
quibus*

P R A E F A T I O.

quibus impie egerunt, & de omnibus duris qua-  
locuti sunt cōtra eū peccatores impij. Hunc  
secutus Noe 8. iustitiae prece, te-  
ste D. Petro 2. Pet. 2. 5. de quo  
loquitur Dominus ad Regem  
Abimelech Gen. 20. 7. nuncer-  
go redde viro suo vxorem & o-  
rabit pro te, quia propheta est.  
Talis Moyses Deut. 34. 10. Talis  
Aaron Exodi 7. 1. Talis Balaam  
quamuis malus Num. 24. 17 Ta-  
lis Samuel 1. Reg. 3. 20. Nathan  
2. Reg. 7. 2. Ahias Silonites, 3.  
Reg. 11. 19. Iehu 3. Reg. 19. 16. Ta-  
lis cum Elia 3. Reg. 18. 25. Heli-  
seus. 3. Reg. 19. 16. Talis Hanani  
2. Par. 16. 7. Michæas 3. Reg. 22.  
8. 2. Par. 17. 7. & 18. 7. 8. Es-  
dras. 4. Esd. 1. 2. talis Iob. & Da-  
uid, quatuor maiores Proph-  
tæ, Isaias, Ieremias, Ezechiel, Da-  
vid

A iiiij niel

P R A E F A T I O,

niel. Tales duodecim minores  
quorū series est in sacrīs literīs.  
Neque hoc dono prophetiæ ca-  
ravit Ecclesia Christiana , sub  
huius enim initium in Christo  
Domino omnium prophetarū  
maximo, inchoatum est, ut vati-  
cinio Moysis responderet veri-  
tas , cùm inquit , Deuter. 18. 15.  
*Prophetā de genitūa, & de fratribus tuis sicut  
me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum  
audies.* Et paulò post ipse dominus  
ait. *Prophetam suscitabo eis de medio fra-  
trum suorum similem tui: & ponā verba mea  
in ore eius, loquetur q̄ ad eos omnia que praece-  
pero illi. qui autē verba eius que loquetur in no-  
mine meo , audire noluerit, ego ultor existam.*  
Hic D. Ioan. Baptista vt precur-  
sore & propheta altissimi, iuxta  
vaticiniū parentis sui **Zachariæ**  
Luc. 1. & D. Ioan. Apostolo &  
Euangelista simili propheta do-  
no

P R A E F A T I O .

no illustrato usus. Demum da-  
to in die Pentecostes spiritu san-  
cto, copiosius multò nascenti &  
quasi auroræ consurgentī com-  
municatur gratia prophetæ,  
Ecclesiæ nostræ, quām olim Sy-  
nagogæ. Id quod in prima sua  
concionē ex loele propheta A-  
postolorum facile princeps D.  
Petrus act. 2. 17. fusissimè educit.

*Et erit, inquit, in nonissimis diebus, dicit Do-  
minus, effundam de spiritu meo super omnē car-  
nem, & prophetabunt filii vestri & filiae ves-  
tra, & iuuenes vestri visiones videbunt, & se-  
niiores vestri somnia somniabunt. Ex his es-  
rat Agabus & cæteri Prophetæ,  
q̄ venerat ab Hierosolymis An-  
tiochiam Act. 11. 27. Ex his Bar-  
nabas & Simon, qui Act. 13. 1.  
Antiochiæ interfuerent consecra-  
tioni D. Pauli & Barnabæ. Tales  
fuisse Corinthi 12. caput 1. epist.*

P R A E F A T I O.

D. Pauli ad Cor. manifestè tradidit. Tales in Ecclesiā vera Christi usque ad consummationem seculi permanuros, D. Paulus ad Ephes. 4. 11. scribens, certissimus & indubitatus testis est, Quin & gratiam hanc, fœmineo sexui à Deo cōmunicatam fuisse in veteri tēstamento docet de Maria sorore Moysis Exo. cap. 15. 20. de Debora liber Iudicum cap. 4. 4. de Holda sorore Selum 4. 22. 14. Neq; ea defuit in nouo tēstamēto Beatissimæ Mariæ virginis Matri Saluatoris, quā Archangelus Gabriel gratia plena, Isaias 8. 3. prophetissam vocitat, cuius vaticinium ex Lucæ primo capite desumptū in dies singulos inter cætera Ecclesiæ cantis

P R A E F A T I O.

cantica piè & religiosè vcnera-  
mur, iuxta id. *Ecce enim ex hoc Bea-*  
*tam me, dicent omnes generationes.* Post  
hanc Lucæ capite 2. vers. 36.  
Anna filia Phanuelis de tribu  
Aser prophetissa, tam de Chri-  
sto Saluatore nostro, quām de  
Beatissima eius matre vaticina-  
ta est. Ex his Act. 21. 8. quatuor  
virgines filiæ Philippi Euanges-  
listæ, prophetantes. Quas post-  
modum cum simili dono secutæ  
sunt aliæ quām plurimæ Deo sa-  
cratæ virgines, quæ in diuersa-  
rum religiosarum familiarum  
contubernijs, vitam ab hoc se-  
culo abductissimam, Deo verò  
sponsoque cælesti coniunctissi-  
mam duxerunt. Hi omnes sum-  
ma Dei sapientia cōstituti, quæ,  
ut est Sapientię cap. 7. vers. 23.

Cum

## P R A E F A T I O.

cum sit una, omnia potest: & in se permanens  
omnia innouat, & p nationes in animas sanctas  
se transfert, amicos Dei & prophetas constituit.

Quos omnes quantis pre cæteris omnibus Deus ipse in sacris  
literis munierit, & auxerit beneficij, satis superq; varijs & vijs &  
modis sacrarum literarum tradunt volumina. Hienim potissimum  
partes legatorum DEITENT. Ier. 7.25. & 35.15.17. Matt.  
23.29.30. Ab his equissimas illas  
diuinorum præceptorum leges  
accepimus. Esd. 9.10.3. Esdræ 8.  
38. 4. Esd. 2. 1. Sap. 11.1. Danielis  
9. 6. 10. His fides omnis adhiben-  
da 2. Paral. 20. Isai. 7.9. His bene-  
faciendum exemplo viduæ in  
Sarepta Sidoniorum 3. Reg. 17.  
& Abdia 3. Regum 18. 4.13. Ho-  
rum lectioni sedulò vacandum  
Ecclesiæ

P R A E F A T I O.

Eccl. 39. 1. Sap. 44. 3. Dan. 92.

Luc. 4. 17. & 16. 29. 31. Act. 8. 28. 30

& 13. 15. & 28. 23. 2. Mach. 2. 13.

Hi sunt qui cum Ieremia prophetarum multum orant pro populo & vniuersa sancta ciuitate Ierusalē, licet varijs & exquisitissimis tormentis, ab incolis eorum diuexati, & discruciatifuerint. Interim furore & inuidia Satanæ vix acceptis verorū prophetarum vaticinijs, apparent zizania falsorum prophetarū, superseminata tritico, dormiente patrefamilias & supina negligenteria somno sopito nauclero, nauis Ecclesiæ, vel hinc inde iactatur varia tēpestatę heresum & fluctibus errorum impellitur: vel à belluis marinis falsorum prophetarum in præceps fertur

P R A E F A T I O.

fertur & rapitur, vt neque se  
ipsam nauis, neque nauclerus  
se ab eorum faucibus expedire  
queat & valeat. Hinc est Reue-  
rēdissime Antistes Illustrissime  
Princeps ista auitæ iuxtā ac san-  
ctissimæ nostræ religionis apud  
multos vento quo quis & pluma  
mobiliores, inconstantia, qui  
cūm olim ouili Ecclesiæ adhære-  
rescerent, ouium naturæ post-  
modum prorsus immemores,  
turpes apostatæ, & transfugæ fa-  
eti, simplicitatem ouinam pla-  
nè in fœdam, feram, crudelem,  
& cruentam luporum rabiem  
citius mutarunt, quām desides  
& negligentes quidam pastores  
animaduerterent. Horum ergo  
& fraude, & dolo & tyrannide  
in oues Christi permotus, non  
potui

P R A E F A T I O.

potui non exhorrescere feram  
istam pessimam in remotissimis  
& longè diskitis regionibus tam  
breuitē pore exitiosas vires non  
minuisse, sed ut lethalē cancrū  
incrementis sumptis serpsisse,  
& vineam istam electam Christi  
deuastasse, ac tandem ouile illud  
vnicū Ecclesiæ Romanæ & Ca-  
tholicæ & subdolè penetrasse, &  
maiori ex parte depopulatam  
fuisse. Dicamne grauius? Quo  
non se extulit & etiamnum ef-  
fert eorū effrenata audacia? Cū  
enim intrinsecus sint lupirapa-  
cissimi, nostra oīina tantū pel-  
le contecti, nulla est Cathedra  
pestilētis illorum Synagogæ, in  
qua se Dominica octaua post  
Trinitatem, cùm Dominus at-  
tendendum à falsis prophetis  
grauis-

P R A E F A T I O.

grauissimè monet non vt oues  
simplices venditent : nos verò  
Iupos rapaces esse plenis buccis  
concrepent ? At apud quos ?  
eos scilicet quibus nullum iu-  
dicum, nulla discernendorum  
spirituum industria, nullus gla-  
dius verbi DEI, quo anatomia  
quadam singula lupi membra  
diuidant, & secernant, quo vide-  
ri possit, quā truculenta bestia,  
quām fera, quām cruenta subfi-  
cta ouina veste latitauerit. Vtis  
nam ergo essent complures, &  
industrij rerum sacrarum, & spi-  
ritualium medici, qui manum  
huic labori admouerent, & pro  
talento sibi tradito lupo rum ra-  
pacium & falorum propheta-  
rum naturam & ingenium, tum  
ex sacris literis, tū ex certis aliis  
aucto-

P R A E F A T I O.

auctōribus spēctāndam propo-  
nerent, vtinā ex lpiritualib⁹  
multi zelo ducerentur Helię  
prophetæ, in compescendis fal-  
sis prophetis quām 3. Reg. 18,  
posteritati commendatum legi-  
mus, vtinā multi seculares prin-  
cipes in extirpandis similib⁹  
falsis Baal prophetis studiū &  
operam omnem ponerent, vt  
fecisse Iehu regem Israel 4. liber  
Regum cap. 10. commemorat.  
Sed hi non verbo tantū, sed  
ferro, armis, gladijs correptis,  
pro honore Dei in extremum  
exitium falsorum prophetarū  
decertarunt. Ego pro meo mo-  
dulo verbis potissimū sacra-  
rum scripturarum agam, certa  
spe lactatus non defuturos, qui  
oculis linceis lupinam naturam

B conspe-

P R A E F A T I O.

conspecturi cautiū in posterū,  
quamcūq; ouinā, & lupinā pellē  
intueantur, hanc detestentur, il-  
lam à se auelli minimē patiātur.  
Vnde Illustrissime Princeps la-  
borem hunc eo libentiū sus-  
cepi quò magis nihil ex re Eccles-  
iæ Catholicæ iudicauit pro inge-  
nij mei tenuitate necessarium,  
& eo vel maximē nomine, quod  
licet officiū hoc mē cogat inter-  
rūpere cōcionādi munus, quod  
ab anno pene 72. in varijs Euro-  
pæ partibus, Christi & religio-  
nis nomine indignus subij: tamē  
nolim sic Marthæ distractioni-  
bus opprimi, vt cōtemplatio S.  
Mariæ Magdalena, quę potissi-  
ma est in vita religiosa & Mona-  
nistica, planè sopita & prostrata  
iaceat Hinc libellum hūc, & stu-  
dium

## PRÆFATI O.

dium in eo qualemq; non dubito habiturū varios censores, pro eo quo sunt multi ingenio & stomacho dispares, bonis placuisse honor erit, malis displi- cuisse non infima laus fuerit. Quod si visus aliquibus fuero magis ad lycoporum ingenium intentior, non mihi, sed veritati à Deo & à prophetis traditæ trahi- buatur. Ne tamen præcipitanti ingenio opusculū hoc sine cuiusq; tutela typis subjiciatur, & in lucē edatur, volui & semper a dignitate hac suscepta in votis mihi fuit, Reuerendissime An- tilites Illuстрissime & Clementissime Princeps, vt hoc ipsum in lucem sub nominis tui Illuстрissimi dignitate prodiret, partim ut animum meum in studiū am-

B ij plissi

P R A E F A T I O.

plissimæ dignitatis tuæ, ob varia  
olim & nunc, in hoc fastigio Ec-  
clesiæ iam pridem constituto, in  
me merita incitatum, insigni a-  
liqua volūtatis testificatione de-  
monstrarem , partim vt me &  
auctoritatis & virtutis Illustris-  
simę C. T. scuto & præsidio cō-  
tra omnium improborum ca-  
lumnias & spicula munirem.  
Accedit anni huius Iubilæi pri-  
mus à me in hoc opusculo sus-  
ceptus labor, quem cum omni-  
bus tue ditionis proceribus, tam  
Ecclesiasticis quam secularibus  
felicem & vnanimē votis omni-  
bus tū T. dignitati, amplitudini,  
& Illustriss. Dominationi, vnā  
cum mihi cōmisso Monasterio,  
opto, quam felicissimum. Quid  
verò Antistiti in æditissimo pa-  
storatus

P R A E F A T I O.

storatus & Episcopatus fastigio  
constituto, potest esse dignius &  
Christiano principi magis ad be-  
ne constituendā & tuedā remp-  
accommmodatius, quām infensis,  
simos gregis sibi concredit i ho-  
stes cū lupino furore & barba-  
rie caulis ouium cōcreditarum  
fese ingerentes à finibus ouilis  
sumā auctoritate arcere & pro-  
pellere, & oves certis suis sedi-  
bus, & locis, & finibus cum pote-  
state continere? Vestræ itaque  
Celsitudini , quam continua  
Episcoporum Padibörnensium  
serie quadragesimūm quartum  
Antistitem agnoscimus , ab Ha-  
cumaro primo auctoritate Ca-  
roli Magni constituto, vestræ  
inquam Reuerendissimæ & Il-  
lustrissimæ Dominationi hoc

B ij opus.

P R A E F A T I O

opusculum quām officiosissimè, & humillimè offero. Illi scilicet cui annulus despontatæ sibi Ecclesiæ Padibornensis cōmisus, cui baculus pastoralis ad abrogandos arcendosq; lupos rapaces concredit us, cui mitra coronam auream vigilantibus pastribus de jure diuino debitam præ se ferēs, & cornuta quidem, auctoritatē Ecclesiæ Catholicæ ut columnæ & firmamento nulli vi nec infernali quidem labefactando animis hominum exhibens, cum maiestate imposita; ut feras robore suo abigat, cornu enim robur & auctoritatem in sacrarum literarum monumentis, varijs hic non commemorandis locis, denotat: merito hoc munusculum Xenjloco

T. II.

P R A E F A T I O.

T. Illustrissimæ C. dedicauerim,  
Ad cæteras enim animæ dotes  
quibus non solum generis sui  
Furstenbergiorum amplissimi  
nobilitate, sed heroicarum vir-  
tutum etiā præconio ad culmē  
illud dignitatis euæcta est, habet  
animum incitatū ad oues perdi-  
tas, quouis & periculo & discri-  
mine postposito à rabie luporū  
rapaciū vindicandas. Boni ergo  
**Clementissimus Princeps hu-**  
**milis Abbatis hæmile obse-**  
**rium consulat , qui nullam**  
**vicissitudinem expetit aliam,**  
**quam ut ordo D. Benedicti in-**  
**primis, tum Monasterium hoc**  
**Abdinckhouense T. Illustrissi-**  
**mæ Celsitudinis patrocinio flo-**  
**reat, ut idipsum omnibus præ-**  
**decessoribus curæ fuit. In pri-**

B 4 mis.

P R A E F A T I O.

+ Henrici

mis verò pientissimè memoriae  
Menuerco Geldriaco comite de  
Deistenbandt & Redichen con-  
sanguineo<sup>t</sup> II. Imperatoris , à  
quo Monasteriū hoc AbdincK-  
houense in honorē Sanctorum  
Apostolorum Petri & Pauli li-  
beralissimè fundatum. Quod  
tandem idem S. Henricus Impe-  
rator Schaumburgicis & Tran-  
sylvanicis quibusdam bonis pro-  
fua in rem nostram munificētia  
auxit. Imodi qui incendio ab-  
sumptum templum rursus ex-  
citauit , Poppo qui nouas ædes  
addidit. Adde ipsum Baduranū  
secundum Antistitē, qui pueros  
tam nobiles quam plebæos bo-  
næ tamen indolis in augmentū  
introductæ religionis Christia-  
næ literis sacris imbui per viros  
reli-

2181

R R A E F A T I O

religiosos in augmentū fidei Ca-  
tholicę curauit. Bene & felicissi-  
mè valeat V. Reuerendissima &  
Illustrissima Dominatio cū sua  
selectissima Diœccesi Padibor-  
nensi. Datum pro fælicis anni  
huius Iubilæi auspicio ex Abba-  
tia SS. Petri & Pauli AbdincR.  
houēsi in ditione & ciuitateeve-  
stra Padibornensi Kalendis Ja-  
nuarij, anno 1600.

T. Reuerendissimæ & Illustris.  
Celsitudinis.

Sacellanus & humilis Abbas  
ibidem Leonardus Rube-  
nus Essendiens. SS. Theo-  
gīæ Licentiatus.

B 5 AD